

latere, videbis vndique certatim concurrere,
alios ex fenestris prospectare, multos fornices
epistyllia tecta que domorum conscendisse
repletis omnibus plateis: atque ibidem studio
e proximo conspiciendi alios inter se trus-
dere, alijs pressura proculcatis nonnullis etiã
suffocatis interemptisque. Tum e dium vesti-
bula tapetis & auleis ornari, vicos spargi flos-
ribus, extrui tēperarios arcus, imagines tuarum
victoriarũ in ferculis vectari. Quid autem
dicam de his qui adolēt odores exoticos
& diapasmata, symphonicosque pueros pro-
ponūt? Quorum enumerem tibicines, alios
que musicos omnigenis instrumentis volu-
ptatem prouocantes: ante omnia iucundissimę
sunt ac simul pectus & sensus permouēt
vniuersos ille populi crebrę voces immēlas
laudes applausu maximo congerentis: pars
inuictum, plerique foelicem, haud pauciores
patrem patrię dictitant: non desunt a quibus
terrenus Iupiter nuncuperis. Atque vt pul-
cherrimus tāto cumulus honori accēdat, sub
catastrophem huius spectaculi alacres in me-
dium procurrunt, qui se non sane noxa ne-
que ob metum, sed æmulatione decoris pro-
tua incolumitate deuouerunt, mutuisq; vul-
neribus in tuo conspectu trucidantur. Vtinã